

7
 uel ophrys
 on

ophrys hærba dëticulato oleri similis: foliis duobus nigritiã dat & polemonia in oleo decocta. psilo
 thrũ nos quidẽ in muliebribus medicamentis tractamus: uerum etiam uiris in usu est. Efficacissimũ
 autem habetur archezostis itẽ tithymalli succo uel in sole cũ oleo illito crebromel euulsis pilis. Qua
 drupedũ scabiem sanat hysopũ ex oleo fotũ. Anginas peculiariter sideritis. Verum & reliqua gene-
 ra herbarum reddamus.

CAII PLINII SECYNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXVII.
 PRO OEMIUM.

Reliqua hærbarum genera. Cap. i.

Qrescit apud me certe tractatu ipso admiratio antiquitatis. Quãtoq; maior co-
 pia hærbarũ dicenda restat: tãto magis adorare priscoꝝ in inueniendo curã. i tra-
 dendo benignitatẽ subit. nec dubie superata hoc modo posset uideri etiã rerũ
 naturã ipsius munificentia: si humani corporis esset inuẽtio. Nunc uero deorũ
 fuisse eã apparet: aut certe diuinã: etiã cũ homo inuenerit. Eandẽq; omniũ paren-
 tem genuisse hęc & ostendisse: nullo uitã miraculo maiore: si uerũ fateri uolu-
 mus. Scythicã hærba a mæotidis paludibus & euphorbiã e monte atlante: ultraq; Herculis colũnas:
 & ipso rerũ naturã defectu. parte alia britanicã ex oceani insulis extra terras positis: itẽq; ætiopidẽ
 ab exusto syderibus axe. Alias præterea aliunde ultro citroq; hũanã saluti in toto orbe terrarũ porta
 re imẽsa romanã pacis maiestate nõ hoies mō diuersis inter se terris gëtibusq; ueꝝ et mōtes & exce-
 dẽtia in nubibus iuga. pastusq; pecorẽ & hærbas quoq; inuicẽ ostentant. æternũ q̄so deoꝝ sit munus
 istud adeo romanos uelut alterã lucem dedisse rebus humanis uidentur:

De aconito: & panthera. & quã extinguitur aconito. Cap. ii.

Sed antiquoꝝ curam diligentiaq; quis possis satis uenerari: cũ constet oĩũ uenenorũ occissi-
 mũ esse aconitũ: & tactis quoq; genitalibus sceminini sexus aĩaliũ eodẽ die inferre mortẽ.
 Hoc fuit uenenũ quo interẽptas dormientes a Calsumio Bestia uxores. M. Cecilius acnsa
 tor abiicit. Hinc illa atrox peroratio eius in digito eas mortuas Fabulã narrauere e spumis Cerberi
 canis extrahente ab inferis Hercule: idẽq; apud eracleã ponticã ubi monstratur ei⁹ ad inferos adit⁹
 gigni Hoc quoq; tamẽ in usus humanã salutis uetere. Scorpionũ icthius aduersari experiẽdo acõ-
 tũ datũ i uino calido. ea ẽ natura ut hoĩem occidat. nisi inuenerit qđ in hoĩe perimat. Cũ eo solo col-
 luctat uelut pari intus inuento solo. Hęc pugna est cũ uenenũ in uisceribus reperit. Mirũq; exitialia
 p se ambo cũ fuerint duo uenena in hoĩe cõmoriũtur. ut homo supsit. Immo uero etiã ferarũ reme-
 dia antiqui prodiderunt. demõstrando quõ uenenata quoq; ipsa sanant. Torpescunt scorpiones acõ-
 niti tactu stupentq; pallentes: & uinci se confitẽtur. Auxiliatur eis. helleboꝝ albũ tactu resoluẽre. Ce-
 ditq; aconitũ duob⁹ malis suo & oĩum. Quod si quis illa forte ab homine excogitari potuisse credit:
 ingrate deoꝝ intelligit munera. Tangunt comes aconito. necantq; gustatu earũ pantheras. nisi hoc
 fieret repleturas illos situs. ob id quidã pardalianchẽs appellauere: at illas statim liberari morte excre-
 mentoꝝ hominis gustu demonstratũ. Quod certe certe casu repertũ quis dubitet: & quotiẽs fiat etiã
 nũ ut nouũ nasci quoniã feris ratio & usus inter se tradi non possit.

Quod omniũ creaturarum conditor sit deus. Cap. iii.

licoctonõ

Ile ergo casus hic est ille. qui plurima inuenit in uita deus. hoc habet nomen. per quã intel-
 ligitur eadẽ & parens rerũ omnium & magistra natura utraq; cõiectura pari siue ista quot
 tidie feras inuenire. siue semper scire iudicemus. pudeudũ rursus oia animalia quã sint sa-
 lutaria ipsis nosse ipsa præter hominẽ. Sed & maiores oculoꝝ quoq; medicamentis aconitũ misceri
 saluberrime promulgauere: aperta professione. malũ quidẽ nullũ sine aliquo bono dicere. Fas ergo
 nobis erit qui nulla diximus uenenata. nunc demonstrare quale sit aconitũ uel deprehẽdẽdi gratia.
 Folia habet cyclamini aut cucumeris non plura quattuor ab radice leniter hirsuta. Radicẽ modicã
 cãmato similem marino. Quare quidã cãmaron appellauer. alii theliophonon ex ea qua diximus
 causa. radix incuruatur paulũ scorpionũ mō. quare & scorpion aliqui appellauere. nec defuere qui
 myoctonon appellare mallent: quoniã procul & e longinquo odore mures necat. nascit i nudiscau-
 tibus. quã aconas uocant. & ideo aconitũ aliqui dixere nullo iuxta ne puluerẽ quidẽ nutriente. hęc
 aliqui rationẽ nominis attulere. alii quoniã uis eadem in morte esset. quã cotibus ad ferrĩ aciem de-
 terendam statimq; admota uelocitas sentiretur.

De æthiopide: & amarãto. & aloe. & alcea. & alipho. & alina & androsace. & androsemo. & am-
 brosia. & aconi. & anagyro. & anonymo. Cap. iiii.